



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-/berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XXXIII De laude humilitatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## LIBER SECUNDVS

de virtute eleemosymæ plura noscere cupit, legat librum sanctissimi martyris Cypriani, quæ de eleemosyna scripsit. Et beati Maximini Taurinensis episcopi librum, quæ & ipse de eleemosyna scripsit, & sufficienter inueniet.

### De Humilitate. Caput XXXII.

**H**V militas quidem hæc est, vt omnes homines Basili. estimemus superiores nobis, & omnibus nos inferiores & viliores, non solum humili prouuntiemus sermone, sed etiam intimo credam⁹ cor dis affectu.

### De laude humilitatis. Cap. XXXIII.

**D**ominus ac redemptor noster vt ad humiliatē nos prouocaret, per euangelium suum formam nobis humilitatis ostendit dicens: Discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requie animabus vestris. Ipse etenim per Prophetam dicit: Ad quæ aut respiciam nisi ad humilem & quietū et trementē sermones meos? Hinc beat⁹ Petrus apostolus ait: Omnes autē inuicem humilitatem insinuate. Quia deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam. Esto in humilitate fundatus, esto omnium nouissimus. Humilia te vt exalteris. Minimum te fac omnibus, nulli te præponas, nulli te superorem deputes. Aestima omnes superiores esse tibi, quamvis summus sis. Humilitatē tene, quia si humilitatem tenueris, gloriosus eris. Quantum enim humilior fueris tñ te sequitur altitudo gloriae. Descen-

## HAY. DE VARIET. LIB.

de, ut ascēdas, humiliare ut exalteris, ne exaltatus humilieris. Humilitas aut̄ casum nescit, humilitas lapsum non nouit. Qui enim sibi vīlis est ante deum magnus est. Et qui sibi displicet deo placet. Esto igit̄ parvus in oculis tuis, ut sis magnus in oculis dei. Tātum em̄eris ante deum pretiosior, quantū fueris ante oculos tuos despectior. Porta quoq; semper vere cundiam in vultu de recordatiōe peccati. Puluis es, in puluere sede. Cinis es, in cinere viue. In summo honore summa tibi sit humilitas, non te extollat honor. Tanto maiori humilitate perspicuus esto, quanto magis fueris dignitate prælatus. Occasio igit̄ pditionis nostræ facta est superbia diaboli, & argumentum redemptionis nostræ inuenta est humilitas dei. Hostis enim noster inter omnia conditus videri super om̄ia voluit elatus, redemptor aut̄ noster magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est parvus. Ergo dicatur humilibus, quia dum se deſciunt, ad dei similitudinem ascendunt. Dicatur elatis, quia dum se erigunt in apostaræ angeli imitationem cadunt.

Quod per autoritatē humilitatis sancti viri culpas delinquentium feriunt.

Caput XXXIII.

**S**ancti etenim viri per autoritatem humilitatis nullis potestatibus contra veritatem agentib⁹ parcunt. Sed quos attolli per elationem conspi ciunt, per spiritus autoritatē premūt. Hinc est enim